Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Venerabilis vir Beda: Kommentar zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

tibus. mors intrat per fenes
tras nr̄as. horror mortiferae
noctis inrumpit. per quas sol
iustitiae intrare debuerat.

Quando iste peccati fenestrae aper
taesunt. ianua salutis & uitae.
ac portae paradisi clausesunt.

Has iste uir beatus fenestras mul
tis seris diuini timoris obstruxit.

O e quantorum cordibus quos in ho
nesta iniquitas & impietas possi
debat. fugauit luxoriam. deiecit
iram. & extinxit inuidiam. &
uelut antiqua domo barbaris
hospitibus proturbatis. reuocan
do illuc fidem. castitatem. iustiti
am. misericordiam. habitatores
pacificos intromisit. per quos in
domicilium mentis caput horum
bonorum xp̄s intraret. & adpo
sitis penitentiae medicamentis.
uelut quadriduanū fetentem in
crepationum fremitu suscitabat.
& emendatione suscepta de mediis
mortis faucibus erutos tempori
ua resurrectione uitae restituebat.

Haec itaque atque huiusmodi plu
ra gerens. quae proferre per nos
atque expedire ut dignum est.
non potest sermo pauperculus me
lius uobis ea uester dicet & affectus.

Summe alacritatis instantia fuit
cultor & custos animarum. cupidi
tates resecans iras conprimens.
malitias exstirpans. His magis
uir iste temporibus necessarius fu
it. quibus tanta iniquitas sump
tis cotidie deficiente iustitia ui
ribus conualescit. Et quidem
ille in hac peregrinatione solo cor
pore constituitur. cogitatione & a
uiditate in illa aeterna patria
conuersatus est. & quasi bonus ratio
cinator uelut ad centuplum ma
num porrigens semper de sinistra
trans misit ad dexteram. & in caelo
reposuit sudores suos. Nam & si
hic opera eius uidentur. illuc ope
rum merita transierunt. Illius
ergo in quantum possumus uestigiis
insistamus. quibus per illam nimis
astam uiam ad caeli ampla festinans
qua eum sequeremur ostendit.

ITEM IN DEPOSITIONE
UNIUS CONFESSORIS.
LEC SCI EUG SEC LUCAM.

In illo temp. Dixit ihs discipulis suis.
Nemo lucernam accendit & in ab
scondito ponit. neque sub mo
dio. Et reliqua.

CVII COMMENTUM UENERABI
LIS UIRI BEDAE DE EADEM
LECTIONE:

De se ipso dns
haec loquitur. ostendens
& si supra dixerit nullum
generationi nequam nisi
signum ionae dandum. nequaquam.

tamen lucis suae claritatem fideli
bus occultandam. Ipse quippe
lucernam accendit. qui testam hu
manae naturae. flamma suae diui
nitatis impleuit. Quam profecto
lucernam nec credentibus absconde
re. nec modio subponere. hoc est sub
mensura legis includere. uel intra
unius iudeae gentis terminos uo
luit cohibere. Sed supra candela
brum inquit. ut qui ingrediuntur
lumen uideant. Candelabrum
ecclesiam dicit. cui lucernam super
posuit. quia nris in frontibus fidem
suae incarnationis adfixit. ut qui ec
clesiam fideliter ingredi uoluerint.
lumen ueritatis palam queant in
tueri. Qua sententia iudeorum
quoque proceres condemnat. qui
signa quaerentes exterius. apertam
lucis ianuam noluerunt intrare
credendo. Denique praecepit nec
opera tantummodo. sed et cogitati
ones. & ipsas etiam cordis intentio
nes mundare & castigare memine
rint. Nam sequitur. lucerna
corporis tui. est oculus tuus.

Corpus quippe dicit opera quae pa
lam cunctis apparent. oculum ue
ro ipsam mentis intentionem quae
operatur. & de cuius merito eadem
opera lucis an tenebrarum sint
opera discernuntur. sicut ipse con
sequenter exposuit dicens.

Si oculus tuus fuerit simplex. totum
corpus tuum lucidum erit. Si
autem nequam fuerit. etiam
corpus tuum tenebrosum erit.

Si inquit pura rectaque intentione
quae potes agere bona studueris.
lucis profecto sunt opera quae fa
cis. etiam si coram hominibus inper
fectionis aliquid habere uideantur.

Quoniam diligentibus dominum omnia cooperantur
in bonum. his qui secundum propo
situm uocati sunt sancti. Si autem per
uersa est intentio quae praecedit.
prauum est omne opus quod sequitur.
quamuis rectum esse uideatur.

Vide ergo ne lumen quod in te est.
tenebrae sint. Hoc est ne ipsa cor
dis intentio. quae lumen est animae.
uitiorum caligine fuscetur. sed sedu
la discretione perpende iuxta
quod alibi praecipitur. omni custo
dia serua tuum cor. quo ex ipso
uita procedit. Si ergo corpus
tuum lucidum fuerit. non habens
aliquam partem tenebrarum. erit
lucidum totum. & sicut lucerna
fulgoris inluminabit te. Totum
corpus nostrum omnia opera nostra
dicit. quia & apostolus membra
nostra nuncupat quaedam opera
quae inprobat. & mortificanda
praecipit dicens. Mortificate
ergo membra uestra quae sunt super
terram. fornicationem. inmundi

ciam . libidinem . & cetera talia .,

Si igitur ipse bonū bona intentione patraueris . non habens in tua conscientia aliquam pastem tenebrosae cogitationis . & iam si contigerit aliquem proximorum tua bona actione noceri . uerbi gratia aut de pecunia quā a te indigens & petens acceperat facere uel pati aliquid mali . aut de uerbo exhortationis quo errantem corrigere uolebas forte perniciosius errare . tu tamen pro tuo simplici & lucido corde hic & in futuro lucis gratia donaberis ., Haec contra hypocrisin phariseorum subdole signa quaerentium specialiter dicta . nos iuxta sensum moralem generaliter instituant .,

CVIII ITEM SERMO BEATI FULGENTII EPI LEGENDUS IN SCI MARTINI UEL ALTERIUS CONFESSORIS .

DOMINICUS SERMO quem debemus omnes non solum studiose . uerum & iam sapienter audire . cui nos oportet humiliter . ac delectabiliter oboedire / moderationis suae tenens ubique temperiem / ut nec ouibus desint pabula nec pastoribus alimenta / quaedam specialiter solis praecepit nobis . quaedam uero generaliter & nobis & uobis ,

Nobis namque id est seruis quos pater ille familias rerum omnium dominus ad hoc in sua magna domo constituit . ut populo eius uerbum gratiae ministremus / specialiter iniungitur scāe praedicationis officium . generaliter uero & nobis & uobis . salutaris indicitur oboedientia mandatorum ., In quibus denuo mandatis tamquam ditissimis ferculis . sic caelestiū deliciarū copia spiritalis exuberat . ut in uerbo dī abundet quod perfectus comedat . abundet & iā quod paruulus sugat .,

Ibi est enim simul & lacteus potus quo tenera fidelium nutriatur infantia . & solidus cibus quo robusta perfectorum iuuentus . spiritalia scāe uirtutis accipiat incrementa .,

Ibi prorsus ad salutem consulitur uniuersis . quos dns saluare dignatur .,

Ibi est quod omni aetati congruat . ibi quod omni professioni conueniat .,

Ibi audimus praecepta quid faciamus . ibi cognoscimus pmia quae speremus .,

Ibi est iussio quae nos per litteram doceat & instruat ad scientiam . ibi promissio quae per gratiam trahat & perducat ad gloriam .,

Seruorum igitur quos populo suo praeposuit dns speciale uolens officium demonstrare ait quod ex euangelio modo audiuimus .,

Quis putas est fidelis dispensator & prudens . quē constituit dns supra